



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vita S. Liborii Episcopi, Calcvlo Laborantivm Patroni

Bolland, Johannes

Antverpiae, 1648

Alia Vita Ex MS. Ioannis Morelli Canonici Cenoman.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9573

ALIA VITA

Ex MS. Ioannis Morelli
 Canonici Cenoman.



B Eatus Liborius natione Gal-
 lus, quartus vr̄bis Cenomani-
 cæ Pontifex, S. Pauacij succes-
 sor, à populo & Clero vnani-
 miter electus in matre Eccle-
 lia vr̄bis prædictæ consecratus fuit Episco-
 pus: in cuius electione populus ne latum qui-
 dem vnguem, vt aiunt, ab altiori consilio de-
 clinasse visus est; cùm nihil in eo esse videre-
 tur, quod vel homo reprehenderet, vel oculis
 summi Iudicis displiceret. Studuit enim sem-
 per in rebus Ecclesiasticis, prout meliùs po-
 tuit, apprimè à Dominis & vulgo placere, se-
 que totum ante susceptam dignitatem totius
 Christianæ religionis exhibuit exemplum:
 cuius vultus & grata modestia profundam
 humilitatem prætendebant, psalmorum quo-
 que modulatio deuotionem maximam resta-
 batur. Ipse verò liberalibus disciplinis erudi-
 tus, sed moribus eruditior, frequenter ad
 pauperum angustias suspirabat, quorum an-
 gustijs consulere ac subuenire non cessabat:
 qui impensiori & diuini cultus zelo per maxi-
 mo decem & septem ecclesias in suâ diocesi,
 suis

S. Liborius
 virtute &
 eruditione
 clarus.

6

ecclesias ædificat:

suis proprijs sumptibus, Dei & quorundam Principum fultus auxilio, ædificari præcepit. Quorum quidem census permaximos ad luminaria continuanda in ipsâ matre Ecclesiâ, cui præerat, tam ceræ quàm olei, siue custodibus ipsius ecclesiæ trientes soluendos annis singulis destinavit.

Ordines confert:

2. Fecit etiam in suâ diœcesi nonaginta sex ordinationes, in quibus sacrauit Presbyteros per diuersa loca, Diaconos & Subdiaconos, & reliquos ministros, quantum necesse fuit. De cuius meritis ne mundus tamquam nescius dubitaret, per eius intercessionem & meritum Dominus cæcis tribuit visum, surdis auditum, ab obsessis corporibus expellit dæmonia, ceterosque varijs debiles incommodis optatæ sanitati restituit. Et quia pares paribus gaudent, Beatissimo Martino Turonorum Archiepiscopo fuit maximè familiaris: cuius frequenter conuersatione & alloquijs perfouebatur, & crebrò eius benedictione confirmabatur, & salubri consilio utebatur.

*miracula patrati:**S. Martino familiaris,**ab eo ager visitur. Angeli monitu,*

3. Appropinquans autem vir ille sanctus ad terminos vniuersæ carnis felici iam senio candidatus, & sacrâ militiâ consummatâ fessos artus, naturam fragilem profitentes, cilicio & cineri commendauit. Priusquàm tamen locupletem virtutibus animam suo Creatori transmitteret, ab illo vnico visitatore pauperum Christi, beatissimo Martino, meruit visitari. Qui Angelicâ reuelatione, veni-

niē

nit ad sancti Pontificis exequias, comitanti-
 bus suis discipulis: & ingressus domum, inue-
 nit cum iam totum in cælis inhiantem, iam
 æternam mercedem suspirantem, iam lecto
 humili solis artubus strato cilicio recuban-
 tem. Cui cum supremum & primum vitæ
 consilium tribuisset & sacratissimâ benedi-
 ctione confirmasset, inter manus beatissimi
 Martini spiritum beatis securum meritis ad
 superos destinavit. Vixit autem temporibus
 b Constantini & Valentiniani Imperatorum; b
 & præfuit Ecclesiæ Cenomanicæ annos vnde- *morsuus se-*
 quinquaginta: & præsentis miseræ cursu fe- *pelitur:*
 liciter consummato, c quarto Idus Iunij, in c
 pace quieuit: & à Diuo Martino Turonensi
 Archiepiscopo, & à suis discipulis, obsequio
 quo decuit, & magnâ cum reuerentiâ, sepul-
 tus est ultra fluuium Sarthæ, in ecclesiâ bea-
 tissimorum Apostolorum Petri & Pauli, quam
 B. Iulianus dudum construxerat & sacraue-
 rat: in quâ B. Pauacius eius antecessor, & S.
 Turibius S. Pauacij antecessor, corporaliter
 requiescunt. Vbi vir sanctus beneficia, quæ
 contulerat copiosa in seculo viuens, copiosius
 contulit in sarcophago requiescens; cæcos illu-
 minando, claudos restituendo, dæmonia eij- *novis mira-*
 ciendo, leprosos curando, surdis auditum *culus à mor-*
 præbendo, & infinitis alijs sanitatem lar- *te illustra-*
 giendo. Quorum infirmorum nomina, ad vi- *tur,*
 tandam prolixitatem, non sunt hîc descripta.
 Eius precibus nos commendemus, vt cum
 Christo

62 VITA S. LIBORII PATRONI

Christo in æternum viuamus, cuius regnum
& imperium sine fine permanet in secula se-
culorum, Amen.

a *Aliter paullo 2. Vit. oppidò Deo vulgò placere.*

b *De S. Liborij ætate egimus §. 1. n. 4.*

c *Ibidem nu. 1. ostendimus quinto legendum.*

ALIA VITA

Auctore Saxone anonymo,

Ex MS. Canon. Regul. Corfendoncano
& Bodecensi.

LIBER PRIMVS.

CAPVT I.

S. LIBORII gesta vnde Auctor
acceperit.

Doctores & I.
Episcopi à
Deo dati,



Vamuis multifariam mō-
disque ineffabilibus super-
næ bonitatis erga salutem
humani generis pia dispen-
satio cognoscatut; in hoc
tamen maximis videtur clarescere indicatijs,
quòd Ecclesiæ suæ, in hac mortali conuersa-
tione pro æternæ vitæ præmio laboranti, ta-
les